

1763 in Gegenwart einer bischöflichen Commission geschah. Die Genehmigung seitens des Fürstbischofs Joseph erfolgte am 13. October. Noch in demselben Jahre zog er sich auf die klösterlichen Besitzungen zu Gagers im Etschlande zurück. Dortselbst starb er am 24. Juni 1770 und wurde in der Kapuzinerkirche zu Lana zur Grabesruhe eingesenkt.<sup>1)</sup> In der fürstl. Wallersteinischen Bibliothek zu Maihingen (II. 3. 4<sup>o</sup> 80) finden sich von seiner Hand Aufzeichnungen in einem Salzburger Kalender (1753) aus den Jahren 1755 und 1756.

Ungefähr von der zweiten Hälfte des 18. Jahrhunderts an schickte das St. Magnusstift die talentvolleren Religiösen zu weiterer Ausbildung auch auf die Hochschulen zu Wien und Padua und in das berühmte Kloster St. Blasien im Schwarzwald; zugleich trug man Sorge für Herbeischaffung verschieden wissenschaftlicher Hilfsmittel.<sup>2)</sup>

(Fortsetzung folgt im nächsten Hefte.)

## Johannes Nibling, Prior in Ebrach und seine Werke.

Von Dr. P. Wittmann.

(Fortsetzung zu Heft I. 1897, S. 68—79.)

### Bericht über gewalthätige Vorgänge im Kloster (1517). (tom. III. fol. 268)

Ex infrascriptis patet, quid actum sit et perpetratum in monasterio in profesto sancte Lucie virginis per eos, qui venerunt ad monasterium pro inspectione servicii illius diei fundati per quendam Vlpem Heinricum; est autem hoc servcium fundatum anno domini 1398.

Wolgepornen, edelen, gestrengen, erberen unnd vesten des hochwirdigen fürsten, meines gnedigen herren von Wurczpurg und herzogen in Francken loeblich und weldlich rethen, insunder gnedig gonnstig herren! Uff gesster Sambstag sein Wilhelm Fuchs<sup>3)</sup> von Purekpreypach, Jorch Fuchs zu Wünfardt, sampt anderen Fuechsen und edelen ob fuenffzig pferden starck, auch ettlichen

<sup>1)</sup> Acta Tyrol. (Lade 104). »Vir erat Placidus egregius tam naturae, quam gratiae donis praeditus... Cujus memoria non modo domi inter suos, sed et foris in benedictione est«. Annal. II. 148. sqq. — Bischöfliches Archiv.

<sup>2)</sup> Unter den damaligen Anschaffungen für die Bibliothek werden unter anderen grösseren Werken genannt: Bollandus, Acta Sanctorum. Marquard Hergott, Genealogia diplomatica Habsburgica. Arnold, Ketzergeschichte. Harzheim, Concilia Germaniae. Calmet, Histoire universelle sacrée et profane. Wegelinus, Thesaurus rerum suevicarum. Centuriatores Magdeburgenses, Historia eccles. Carol. Dufresne, Glossarium ad scriptores mediae et infimae latinitatis. Bibliothèque generale des Ecrivains de l'ordre de s. Benoit. Mabillon, Annales ord. Bened. Dom. Mansi, Collectio maxima conciliorum.

<sup>3)</sup> Fuchs, ein weitverzweigtes, noch heute blühendes fränkisches Edelgeschlecht.

zw fussen hie zw Eberach gewest, uff meynung den dinst zw besuchen, den yr vorellteren gestift: das doch nye mer beschehen, zw schweigen der tewren jaren; unnd ein solche unbequemliche, auch nye mer erhürte summa weins verösigt, das do ye unzimlich. An solchem nit genueg, sunder meinem gnedigen herren von Eberach, darzw den prior so schmelich, schendtlich und lesterlich gehalten, das es zw erparmen Gnedigen, gunstigen herren, sy haben die herren in der metten, im kor, im rebeter und ander örter so ser beleidigt, das es ist uber die masss. Zw dem haben yer knecht an einander erwürgt, nemlich meynes gnedigen herren kemmerer ein Zobell; desselbigen knecht, auch ein schultess von Wisendheidt sein endleibt; dazu ligt noch ein reysiger knecht gestochen biss uff den todt. Desshalben ist an ewer gnad mein undertynig pitt, ewer gnaden woelle mir hirinne gnedigklich, hilfflich und retig sein, wie ich mich halten soll, wann ettlich, so bey der tadt gewesen sein, im closter uber die mawer gefallen und die andern hinweck geritten, also, das die endleibten noch unbegraben ligen. Das wil ich selbst von ewer gnaden in aller unnterdeynikeit zw verdienen geflissen sein; bitt gnedig andwort. Datum zw Eberach suntag Luciedag uff jar Christi 1517. Ewer gnaden unnterdeyniger bruder Hannss, probst zw Eberach.

Den wolgepornen edelen gestrengen, erberen unnd vesten dess hochwirdigen fursten meines gnedigen herren von Wurzburg und herzog in Francken loblichen vnd welldlichen rethen, meynen gnedigen gunstigen herren.

#### Ebracher Klosterbrand.

(tom. III. fol. 274r.)

De maximo damno per incendium facto monasterio Eberacensi 1518 decima mensis Februarii.<sup>1)</sup>

Anno domini millesimo quingentesimo decimo octavo sub regimine reverendi domini abbatis Johannis dicti Leytterpach, carnaliter procreati in villa Burgwindtheym, ac prioris, fratris Johannis Nibling, temporalis nativitate nati in Volckach, et fratris Johannis Nangast, bursarii maioris, de Forchheyem, decima mensis Februarii magna ista domus lapidea, „vff dem kammerhoff“, in qua constructa fuerant sex stabula equorum per incendium totaliter usque ad cineres fuit redacta. Et habuit hoc incendium originem ex stabulo bursarii propter negligenciam famuli sui, dicti Hanns Mor: cui bursario in suo stabulo fuerunt duo equi combusti. Et fuit iste ignis tam vehemens et importunus, ut, si non fuisset preventus per maximos labores famulorum, maxime mulierum

<sup>1)</sup> Vergl. Jäger a. a. O. S.

atque virginum ex villa Gresen et ante portam, que intromisse fuerunt ad monasterium propter magnum timorem, ne ignis de una ad aliam deveniret domum, totum incendio monasterium perisset; sed igne sopito mulieres et virgines intromisse nolebant egredi monasterium, nisi prius oratorium, quod longe antea invisere desideraverunt, conspicerent; dehinc recepto hausto in stuba maiori infirmatorii tristes recesserunt, prius singulis ac universis locis conventualibus preter abbaciam inspectis. Fuit hoc incendium hora septima post prandium inchoatum duravitque usque ad horam eiusdem noctis pene duodecimam.

Notiz über Entsendung eines Conventualen nach Rom.  
(tom. IV. fol. 34r.)

Anno domini 1519 frater Wilhelmus Fabri, conventualis et professus monasterii Eberau, de Karelstatt, certam rem expediendam in urbe contra quendam plebanum in Meinstockheim missus fuit ad Romam, ibidem per quinquennium morabatur, strenue iudice pugnavit et victoria est potitus; ibidem prefatus frater in urbe existens ad augmendandam devocionem suorum confratrum iuvamine procuratoris ordinis a summo pontifice Leone, huius nominis decimo, anno sui pontificatus octavo, toto ordini nostro et utriusque sexus regularibus personis in monasteriis et in grangiis singulorum et omnium stationum in urbe et extra inpetravit indulgencias, quarum indulgenciarum sic, ut prefertur, inpetratarum bulla et clementissima pape Leonis decimi concessio inferius est annotata.

Staciones in urbe et extra diebus quadragesimalibus et aliis diebus anni post copiam bulle apostolice sunt conscripte, prout in urbe habentur.

Baunotiz.  
(tom. II. fol. 23.)

Anno domini millesimo quadringentesimo octogesimo nono pro consolacione singulari conventus Eberacensis edificatum est refectorium hiemale per reverendum dominum, tunc abbatem, dominum Nicolaum, dictum Angeli<sup>1)</sup> de Konisperg; fornax autem erecta et conparata est ibidem per dominum abbatem Vitum pro octoginta et centum florenis.

Anno domini millesimo quadringentesimo octogesimo nono in principio regiminis domini abbatis Nicolai, dicti Angeli de Konisperg, pro magno solacio conventus Eberacensis constructum est funditus de novo refectorium hiemale in monasterio predicto, anno domini 1489.

<sup>1)</sup> Vgl. über ihn Weigand a. a. O. S. 51 und »Brevis not.« S. 129.

Kunstnotizen.

(tom. II. fol. 196r.)

Anno domini millesimo quingentesimo octavo, pictura ymaginum beatissime virginis Marie et sanctissime matrone Anne in ambitu in loco collacionis circa sedem presidentis procurata fuit per fratrem Iohannem Nibling, tunc priorem Eberacensem, pro 7 florenis, quos illo anno collegit ex leguminum vendicione et lignorum vecturis, favente domino abbate Iohanne, vulgariter dicto Leyterpach<sup>1)</sup>, nato in villa monasterii Windheym.

(tom II. fol. 211r.)

Anno domini 1508 constructum est altare in honorem sancte Anne in capella porte, quod altare provideri debet in necessariis per elemosinam misere candeles. Vulpes igitur in Binpach<sup>2)</sup> ob promocionem fratris Iohannis Nibling, tunc prioris, dederat 20 florenos in subsidium tabule prefati altaris et misera 7 florenos, et sic ex toto tabula fuit comparata pro 27 florenis et soluta anno 1511.

Item eciam post anno domini 1512 dedicatum fuit per fratrem altare: et pro laboribus in consecracione habitis misera candela de suffraganeo quinque floreni.

(tom. II. fol. 225r.)

Anno domini millesimo quingentesimo nono lapidea ymago beatissime Anne cum picturis in ambitu circa cameram vinitoris erecta est et comparata de substancia conversi Petri, dicti Ludwici, cuius ydolum stat circa ymaginem sancte Anne. Et comparata est singulis computatis picturis et sculpturis pro 9 florenis; interea temporis ymago ista translata est super pinnam auditorii.

(tom. II. fol. 238r.)

Anno Cristi Domini millesimo quingentesimo nono comparata est tabula quatuor doctorum videlicet Gregorii, Augustini, Silvestris, Ambrosii in altari eorundem sacratissimorum doctorum in oratorio monasterii Eberacensis de substancia paterna fratris Iohannis Herwardt, professi ibidem, sollicitudine fratris Ioannis Nibling, tunc prioris Eberacensis, sub regimine domini Ioannis abbatis, dicti Leyterbach,<sup>3)</sup> Eberacensis pro 40 florenis Renensibus.

<sup>1)</sup> Ueber ihn s. oben.

<sup>2)</sup> Fuchs von Binpach, vergl. oben S. 286, Anm. 3.

<sup>3)</sup> Siehe über ihn oben.

(tom. II. fol. 240r.)

Notandum. Anno domini prefato (1509) constructum est in capella porte monasterii Eberacensis altare in honore sanctissime Anne, matris Marie virginis, sub regimine reverendi domini abbatis Iohannis, dicti Leytterbach, Iohannis Nibling, prioris, arcium determinatoris et sacre theologie baccalaurii formati, et Georgii Weiglein, portarii, sperantes ex beatissima Anna mercedem, et omnibus eiusdem cultoribus. Item anno 1510 comparata est tabula super prefato altari pro viginti septem florenis, in quorum supplementum filii domini Ioannis Vulpis strenui militis, quondam magistri curie Herbipolensis de Pimbach, dederunt viginti florenos; reliquam partem dedit candela misera.

(tom. III. fol. 152r.)

Anno domini sesquimillesimo quarto decimo comparata fuit et est tabula in altari sancte Agnetis pro 36 florenis per reverendum dominum abbatem Ioannem dictum Leyterpach.

Item anno Christi eodem comparata est tabula ad altare sancti Sebastiani pro 30 florenis.

(tom. III. fol. 207.)

Anno domini millesimo quingentesimo quinto decimo sub regimine reverendi domini abbatis Ioannis dicti Leiterpach ac fratris Iohannis Nibling, tunc prioris, comparata est tabula ad altare sancti Iohannis Baptiste pro 40 florenis cum ferreo cancello empta per fratrem Ioannem Drost, tunc subprocuratorem in Nurenberga, ex collecta pecunia ex presenciis et benevalenciis sibi ventis.

Item sub prefato domino abbate et priore et anno domini quo supra ex substancia paterna fratris Andree Denzer comparata est tabula ad altare sanctissimorum apostolorum Petri ac Pauli pro 20 florenis.

Naturereignis.

(fol. 207r.)

Anno domini 1515 in die sancti Michahelis cecidit nix densissima per duas horas continue post prandium; quamvis illo die resoluta fuit in materiam preiacentem, altero sequenti die per frigus uve in vitibus nondum ex integro mature grave damnum ceperunt.

Kunstnotizen.

(fol. 208r.)

Anno domini millesimo quingentesimo quinto decimo sub reverendi domini abbatis Iohannis dicti Leyterpach regimine anno decimo atque prioratus fratris Iohannis Nibling anno quinto decimo comparata est tabula ad altare sancti Benedicti pro 80 florenis Renensibus de pecunia paterne hereditatis fratris Conradi, dicti Hardtman de Schsnefurdt, huius monasterii Eberacensis professi.

(tom. III. fol. 184.)

De cruce per palatinum monasterio propinata.

Anno domini millesimo quingentesimo duodecimo illustris princeps Ludovicus, palatinus Reni, Bavarie superioris et inferioris dux, sacri romani imperii elector, archidapifer, cum post obitum patris sui Philippi iura feodalia superioris Bavarie a rege Ungarie et Bohemie suscepisset atque in reditu suo cum potenti comitiva sua monasterium Eberau pertransisset ac ibidem pernoctasset, sponndit tunc pro honoribus sue gracie et expensis exhibitis ac suis ministerialibus, se daturum monasterio unum calicem, armis suis atque insigniis insignitum, postea vero, anno domini millesimo quingentesimo quartodecimo princeps prefatus memor promissi sui in locum calicis dono dedit monasterio unam crucem, parvam quidem, sed magni valoris, que hodie in monstrancia maiori (qua die solenni corporis Christi salutaris hostia portatur) tenetur inclusa. Eadem crux fuit per me fratrem Iohannem Nibling, tunc priorem, de venia domini abbatis, cum ad ordines cum fratribus ad Herbiopolim ivissem, ad eandem civitatem perducta, ut iudicio experti aurifabri valor gemmarum similiter an crux, vel aurea, vel argentea esset diceretur. Sed quod magnum, magna et preciosa decent munera esse, aurifaber iuratus vocatus in medio duorum fratrum et dominorum secularium dixit et monstravit hanc parvulam crucem habere quatuor lapides preciosos, dictos diemandt, viridis coloris, quamvis modice quantitatis: primum super caput salvatoris, secundum ante brachium dextrum crucifixi, tertium post pedes, quartum post sinistrum brachium; similiter dixit habere hanc parvam crucem circa pedes crucifixi lapidem preciosum smaragdum, similiter quatuor lapides preciosos ordine superiori circa ymaginem crucifixi positos rubei coloris, dicti riebenlein, cum quibus scribitur et scriptura in vitro sculpsitur; habet etiam 11 bernlein hone quantitatis pro decore, et isti omnes lapides auro optimo cincti sunt in cruce prefata locati. Dixit idem aurifaber, si isti lapides preciosi iam enumerati absolute iacerent in mensa, vellet libens pro eisdem 20 florenos dare. Item dixit, quod nullus aurifaborum 20 reciperet

florenos, qui tam exquisitum laborem faceret absque materia. Dixit idem et probavit, quod eadem crux sit totaliter aurea ac de optimo auro fabricata. Insuper veritate et valore inspectis dixit sepe nominatam crucem cum sic, ut prefertur, annexis gemmis 80 florenos valere: dixit qui supra aurifaber, si eandem crucem emisset pro 80 florenis non vellet eam servare duobus annis, quin eam venderet pro 90 florenis. Monstravit prefatus prior eandem eciam crucem experto in arte aurifabro moranti in curia sanctimonialium cele porte in Herbipoli, qui dixit eam crucem supra septuaginta florenos valere. Vive ergo tu, princeps clarissime Ludowice, palatine, elector archidapifer Romani imperii, qui pro tui nominis maxima gloria, potissimum in honorem divini numinis siesic (!) cum ceteris clenodiis nostris ex tui aliquid adesset, non parvi valoris atque nominis voluisti: det tibi deus pro his Cresi divicias atque Nestoris annos, qui nudum Ihesum, potius denudatum, hispidum, lacerum, horrendum visu in ymagine dependentem in cruce tam mirifice (ut par est) preciosissima toga gemmis ornata cinctum, nobis ad contemplandum opulenter tradidisti; sed quoniam, que diliguntur extremo nisu affectionis, hec eadem precipue honoramus et que possumus in honorem; in favorem, in conplacenciam, in decus facimus, sed ut (ex factis prospicue silogisatur) gloriosi principis istius palatini Reni precipua devocio atque assidua versatur contemplacio interna in Christi amarissima passione; ideo eandem formam passionis Cristi tamquam magis dilectam disposuit honorare et decorare et vestire: et sic honoratam, decoratam, vestitam sub perpetua memoria monasterio Eberacensi dono dare voluit (sicut et fecit) contradidit. 1515.

(tom. III. fol. 241r.)

Anno domini millesimo quingentesimo septimo decimo comparatus est circulus vitreus depictus, habens ymaginem crucifixi in fenestra capituli circa locum presidentis per fratrem Iohannem Nibling tunc priorem, de pecunia collecta ex vecturis lignorum, pro 3 florenis; dedit portanti circulum ex Schweinfurt 2 solidos.

(Eodem) anno domini 1519 sub regimine domini abbatis Ioannis dicti Leyterbach fuit comparata tabula ad altare Innocentum pro 40 florenis et soluta per dominum abbatem.

(tom. III. fol. 303r.)

Anno domini millesimo quingentesimo vicesimo sub regimine domini abbatis Iohannis dicti Leyterpach empta sunt duo turibula de auricalco ad summum altare posita per fratrem Nicolaum Reihman, tunc procuratorem Nurenbergensem, pro quadraginta florenos Renenses. (sic!)

Sub anno prefato domini comparate sunt tabule ad altaria sancti Iohannis Ewangeliste ac sancti Martini per prefatum dominum abbatem pro 58 florenis.

(tom. IV. fol. 9r.)

De tabula comparata ad summum altare. Quamvis anno domini 1523 reverendus in Christo pater et dominus Iohannes, monasterii Eberach abbas decimus septimus, dictus Leyterbach, in villa Purekwindheim natus, multas tribulaciones sustinuerat ex episcopo Herbipolensi Conrado de Thungen habuerat propter monasterii privilegia: que episcopus prefatus moliebatur infringere, racione eius ipsum episcopum apud Cesaream maiestatem in Wormacia dieta regali coram dominis de parlamento in Nuerenberga super spolio illato frivole convenit, et, quamvis eciam prefatus dominus abbas eodem tempore pro structura dormitorii magnam summam pecunie exposuerit, nichilominus tamen ad honorem omnipotentis dei, ad devocionem conventualium augmendandam ipse comparavit tabulam super summum altare, que in monasterio materisata est et formata, pro qua sunt expositi sexcenti floreni preter expensas artificum, quod per duos annos laborem nonnisi compleverunt: que heu prohdolor postea, ut habetur folio 118, in delecione monasterii Eberach ab hostibus fuit in loco indignissime destructa.

(Fortsetzung folgt im nächsten Hefte.)

